

- Punctum callosum** (vel squamula) ad basin alarum carneum vel rufum. nigrum, margine pallido.
Pedes rufescentes, femoribus nigris atididis. rufescentes, femoribus nigro aeneis.
Alae grisescentes. pallidiores.
- Anomalam* semel tantum volentem prope Plauen cepi.
Carneam misit amicillimus Rossi, Professor Pifanus. Aliud specimen, e mus. Dom. *Holchuisen*, publice Hamburgi vendito, sub nomine Ch. *Squamigeræ*, in Coromandel lectum, possideo, a Pifano magnitudine majori tantum diversum.
- Nota. *Carneam*, quanquam infectum Italicum, comparationis causa, hic jungendum esse putavi.
- F. 13. a. Magnitudo naturalis. 13. b. eadem aucta. 13. c. aucta, infectum in dorso recubens.
13. Lingua magis adhuc aucta.
- Fig. 12. Magnitudo naturalis. 12. b. eadem aucta. 12. c. Punctum callosum (vel squamula) magis adhuc auctum.
14. Chrysis *Episcopalis* mihi.
Viridis, abdomine rufo, segmento 1. 2. 3io azureis.
Simillima omnino *Anomalæ*, a qua tamen differt, segmento secundo et tertio violaceo azureis.
Semel lecta prope Plauen.
Observatio. Forte cum *Anomala* proprii generis?
Fig. 14. a. Magnitudo naturalis. 14. b. eadem aucta. 14. c. infectum a latere vifum.
15. Chrysis *Bistridentata* mihi.
Violacea, abdomine purpureo, ano sexdentato.
Frons viridis, argenteo pilosa. Vertex obscure violaceus, parum viridi aeneus.
Antennæ nigrae, articulo bascos viridi.
Thorax obscure violaceus, viridi aeneus.
Abdomen obscure purpureo aeneum.
Anus sexdentatus.
Pedes obscure aenei, tarsi pallidis.
Alae griseo hyalinae.
Subtus tota viride, coeruleo, rubroque aeneo varia.
Unicam legi prope Tharand.
Fig. 15. a. Magnitudo naturalis. 15. b. eadem aucta. Idem infectum, quod in enumeratione sub nomine: *Sexdentata*: descripsi, quod nomen mutare coactus sum, quia jam a Panzero in Fauna Germanica, alio infectum impositum.
16. Chrysis *Carinata* mihi.
Tota cyanea, abdomine carinato.
Ignitæ F. major, sed ejus habitu et ei simillima, tota obscure cyanea, margine segmentorum tantum parum virescente. Abdomen medio carina elevata. Anus quadridentatus.
Habitat in asseribus antiquis. Julio lecta.
Fig. 16. a. Magnitudo naturalis. 16. b. eadem aucta.
17. *Anomala Integra* mihi.
Certe proprii generis, ast instrumenta cibaria mutila, ad characterem genericum constitutum, non valent. Ideo alio entomologo, hoc genus rite determinare relinquo. Nomen genericum tamen ob fabricam singularem abdominis servatum vellem.
Tota nigra, abdomine integro, absque ullo segmento, subtus ovato concavo, maculis duabus baseos pallidis diaphanis.